

TITVLORVM

OMNIVM IVRIS

TAM CIVILIS,

QVAM CANONICI

expositiones,

SEBASTIANO Brant. I. V. Doctore
celeberrimo, Autore.

HIS ACCESSIT

*Modus studendi in utroque iure per Ioannem
Baptistam Caccialupum.*

Omnia ad veteris exemplarium fidem nunc ultimum
diligentissime repurgata: adiectis insuper ad
singulos Titulos suis numeris.

IN VIRTUTE



ET FORTUNA.



L V G D V N I,

Apud Hæredes Gulielmi Rouillij,

S V B S C V T O V E N E T O.

M. D. C. XIX.

S E B A S T . G R Y P H I V S
*studiosis Iurisprudentiae
 Canditatis S.*

CVM aliquot iam annos pro suscepta ab ineunte
 aetate vitæ meæ ratione, in recognoscendis veter-
 rum scriptis, summa fide, diligentiaque sim versa-
 tus, non alienum ab instituto meo facturus vide-
 bar, si meliusculè iam habentibus humanitatis studiis, vestra
 causa paululum à consuetudinis meæ curriculo deflecterem,
 primisque etiam Iurisprudentiae progymnasmaticibus aliquid
 opis afferre conarer. Neque enim satis fideliter vestris studiis
 consuluisse, si quos à triualibus adhuc gymnasii versantes,
 commodis semper armis instruxissemus, eosdem nunc graui-
 tribus disciplinis mancipatos, destituuissemus intermes. Porro
 quemadmodum non ita multqm interesse putamus, inermisne
 miles in aciem prodecat, an eiusmodi armis instructus, quibus,
 cum res exigat, salutem tueri non possit: ita non magnopere
 referre putamus, omnino profus librorum supellecstile desti-
 tuamini, an corruptissimis istis editionibus, hoc est, meritis inge-
 niorum crucibus, prodeatis instructi. Proinde cum non ita pri-
 dem in hasce Titulorum Iuris enucleationes incidisse, ut
 illissimas quidem illas, cæterum multis mendorum millibus in-
 dignissime conspurgatas, rem vobis non ingratam me facturum
 arbitrabar, si orones ingenij neruos in hoc unum intenderem,
 ut opus hoc vestris studiis aqua & igni magis necessarium,
 quam exactissime restitutum, ornamitissimisque typis excusum,
 in publicum exitet. Qua quidem in re si nostram vobis
 operam non ingratam fuisse intellexerimus,
 non patiemur in posterum quidquam
 in hoc genere diutius à nobis
 desiderari. Valete.



IN TITVLORVM IVRIS
INTERPRETATIONEM , A D
Doctorem Andream Holmum, Seba-
stiani Brant Praefatio.

HOC admiratione dignum, ornaissime vir,
utrumque eloquentiae & facundiae columen, ac
longè princeps, cur ego adolescens, nullius per-
tie, aut artis bona gnarus, hanc mibi & surpem
provinciam, ut ausim non modo de iuris principiis, sed &
maxime ad te virum omnium accutissimum scribere, cuius
domi iura nascuntur. Noctuas profecto Athenas fero. Et,
ut apertius loquar, balbutiens ego, iudicari potius abs te,
quam videri voini. Quamobrem cum te nouissem virum hu-
manum, ac perdoctum, mibig fauentissimum: sumpsi ani-
mum liberiusq; meas ad te lusi pueriles ineptias. Cum enim
nuper inter auditorum gregem, velut alter Tuyrus (ut so-
leo) hoc est, mercenarius, legum Titulos, seu maiis Rubricas,
totius iuris & legitime scientie primordia & elementa in-
terpretarer, factum est, ut me inconsulto ex mea lectione (seu
Tages ex glebula) opus insperatum, & forte suo non indi-
gnum autore, prorupit. Quod cum ego planius elidare, seu
forte superflua, aut perperam posua interlinire properarem,
impressorum importunitas (quibus nihil satis festinatur)
meam interruxit diligentiam. Quid multa? continere non
potui equum Lydum ad currendum accinctum: acta res est
vii vides. Tibi tamen vti vides. Tibi tamen viro celebri-
mo, quem hanc abs re Aulum Cassellum, vel Messa-

omnia concludamus verbo, satius, ac satius è re foret, omnino reticere, quām parum de eius laudibus loqui: vi Servius noster Honoratus de Carthaginē inquit. Tu tamen vir Iureconsultissime, qui totius patriæ nostræ oraculum existis, si quid minus quām oporteat, ampliusve quām deceat dixerimus: tua præsentia, & repetita lectione illustrabis.

Viue, vale, & superes longæui Nestoris annos,
Eloquij princeps Scæuola docte, Valc.

Basileæ ex adibus nostris Calend. Maij,
Anno M. cccccv.



EXPOSITIONES TIT.
VTRIVSQUE IVRIS,
PER SEBASTIANVM
BRANT.

Vm difficile, imò impossibile sit, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio, j. q. j. cap. principatus, & vniuersi que rei potissima pars sit principium. l. j. ff. de orig. iu. Magnum igitur Deum, & saluatorem nostrum Iesum Christum, & cius auxilium inuocantes, in Auth. de ar. in prin. oportet iuri operari daturus prius erudire animam quām corpus in proœ. ff. §. illud, & istud sibi ponere principium, sive quo totum corrupt ædificium, j. q. j. cap. cum Paulas ac dicere cum Marone Virg. Ab Ioue principium. gloss. in c. sedes. de rescrip. Alias enim præposterus dicitur ordo, deficiente humano subsidio, conuocare ad auxilium diuinum, de Con. dist. j. c.

MODVS STVDENDI
IN VTRQVE IVRE,
IOAN. BAPTISTÆ
DE GAZALVPI S.

Vm expurgaueritis vetus fermentum , & iam sitis noua conspersio , vt opinor,in azymis syncretatis & veritatis , in quo statu vos conferuet clementissimus Deus: visum est mihi sicuti utilitatem vestram , tempus esse conueniens , quo studiosis anxiè diligentibus religionem iuris civilis , rectum callem ostendam , quo gressu eorum dirigam , & viam aperiam , per quam ambulent , non in tenebris , sed in luce , ad illum legalem sapientiam capessendam . Dicam igitur quæ sentio , & pro utilitate vestra fideliter loquar , quasi mihi ipsi consilium dāns ,

D O C U M E N T U M I.

*Anima
purganda
& con-
scientia.*



Vicunque cupit iuri oportam date , sit circumspctus infrà scriptis . In primis benè , & diligenter præparet animam suam , confitendo peccata sua integrè , & satisfaciendo pro commissis : vt sic Spiritus sancti gratia , omnem habens virtutem , & omnē scientiam inueniat receptaculum mundum , & tribuat plenam perfectamque scientiam : nam quicquid alibi quæritur , hic perfectius inuenitur , xxxviiij. dist. c. legimus , §. sed econtra , in fin. Istud est potissimum & primum consilium quod dedit venientibus ad studium venerabilis doctor Guiliel. de monte Laud. in clemen. j. de magistris , subdens , quod scholastici qui ad quamvis scientiam approbatam transeunt , & die noctuque torquentur , in vanum laborant , nisi Dei gratiam habeant secum coaduntricem : quia ut dicitur Sap. j. In malevolam animam non introibit sapientia , idem consilium dedit recolendæ memoriae doctor dominus Simon de Buriano , Cardinalis Mediolanensis , in procemio Clement. dicens , quod scholaris non confidat in ingenij perspicacia , & capacitate , studij affiduitate , & memoriz tenacitate , sed in eo spem ponat , qui scientiarum dominus est , in quo stant